



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

2. Qu[a]e facere debeamus lecto decumbentes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Secundò, dùm lecto decumbimus, primùm fiteri debemus peccata nostra quæ occurrunt, sicut atropius in cruce confitebatur publicè, dicēs ad sozum: Nos quidē iustè & meritò pro factis nostris peccatâ accipimus, hic autē nihil mali gessit, Luc. 23. Debemus igitur per Decalogum confiteri præceptorum Dei transgressiones & peccata: Deindè proponere in animo solum Christū, & cogitare cur sit passus tam crudelem mortem, & credere scripturæ Esa, 53. Posuit super illum iniquitatē omnium nostrum. Et Rom. 4. Mortuus est pro peccatis nostris: his scripturis firmissimā fidem adhibere oportet: & sic cogitare & dicere in corde, Ecce Deus meus, quia dedisti mihi filium tuum in saluatorem, de quo maximè gratias ago, ideò non curo (quanuis doleo) peccata quæ feci à sinistris, nec bona opera quæ feci à dextris: solum illum Christū fide teneo, propter illum rogo ô Domine Deus, ut dimittas mihi peccata, & dones vitam æternam, sicut promisisti in illum credentibus, fac ut eius mors sit vita mea. Ioan. 11. illius iustitia sit mea contra peccatum, illius sapientia sit mea contra astutiam Sathane, illius sanctitas sit mea contra infernum, illius redemptio mea sit contra mortem æternam, 1. Cor. primo. Postremò, cùm tali fide se infirmus armaverit, tunc debet sumere Sacramentum Eucharistiæ in signum firmissimæ fidei, quòd credit propter hunc effusum sanguinem & corpus traditum in mortem, se recepturum remissionem & vitam æternam, Matt. 26. ut in virtute & merito solius passionis Christi velit mori, & sic in manus Dei commendet spiritum, id est, animam & vitam suam, ut nunc Deus faciat secundum suam voluntatem, eò quòd iam oculis fidei vidit salutare Dei, id est, Christum. Insuper propter orationem proximorum & maximè sacerdotis, quia scriptura dicit Marc. sexto. Ungebant eos oleo, & Iacob. quinto. Si infirmatur quis in vobis, introducat

ducat

ducit presbyteros, ut orent pro eo, &c. non est negligenda unctio extrema vel contemnenda: non respiciat ad unctioem, sed orationem sacerdotum: hæc enim potissima ratio est unctioem: nam tu oras & credis in Christum, orat sacerdos & ceteri, & sic fit quod impossibile sit multorum preces non exaudiri: qui ergo contemnit unctioem, contemnit orationem propter quam potissimum unctio est instituta. Est quoque hæc promissio, scilicet, Et oratio fidei saluabit infirmum, &c.

8. Tertiò, defuncti illius proximiores sedulo curabunt hæc duo: primò, ut defunctus honestè sepeliatur: deinde, ut pro anima defuncti exoretur: hæc duo sunt fructus fidei & dilectionis, quia credimus hunc defunctum iterum nobiscum secundum corpus resurrecturum, & cum Christo viuere in æternum, quod talis defunctus etiã credidit promissioni Christi, Ioan. 11. Ego sum resurrectio & vita qui credit in me, &c. Honestam enim sepultura que fit propter articulum resurrectionis carnis, Deo placet, sicuti commendantur sancti viri, Tobias, Abraham, qui honestè sepeliit Saram uxorem suam, Genes. 23. Et Isaac cum Ismael sepeliuit Abraham patrem Gen. 25. Et Iudæi corpora mortuorum cum magno honore sepelierunt, ut Luc. de viduæ filio, & Christus honorificè sepelitur Ioan. 19. unde Deo plurimum placet honesta sepultura, quam ideò facimus, quia credimus verbo suo, nempe fore carnis resurrectionem & vitam æternam. Ideò tradit scriptura fore vnam de maledictionibus pessimis inhonestam sepulturam, 4. Reg. 9. de Iezabel, quam deuorârunt canes, & de falsis prophetis inquit Iere. 14. quod non habebunt qui eos sepeliât, immò communiter comburuntur, aut in aqua suffocantur. & cap. 22. de tyrannis inquit, Sepultura asini sepelientur. Ideò Dauid benedicit illis qui ossibus Saulis & Ionathæ fecerunt misericordiã, 2. Reg. 21. & peccat

& peccat
tum ad se
meteria c
rationes
uis. Dei
tionibus
clesia, suf
uersarij se
in odium
prianus, A
gijis, & ser
gatio pro
pro anima
uatorum,
mus. hoc e
ratum ad
aque vel e
rio, si non
libus oran
tiones pro

1. Qui
2. Qua
dalis
3. Quo
tiam

tronca se
& peccat